



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

IX. Iac. Sadoletvs Cardinalis Ioan. Cochlæo, S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](#)

amor. Itaque tanto dolore sum affectus, ut moderari mihi ipse non queam. Quid enim est quod me amantissimum & talium vi-  
rom & rei Christianae publicae, maiore vulnere conficerre pos-  
sum, quam tanti Principis mors? quae, ut ipsi fortissim matura,  
re quidem publicae exitit peracerba. Mihi vero tantum mero-  
nis, tantumque luctus atulit, ut penè mihi solus in hac calamiti-  
tis conditione temporum videar esse relictus. Qui cùm die no-  
digie de Repub. cogitans, in eo curas consumorem omnes meas,  
ut aliquando reconciliata Ecclesiae vnitate, in pace & otio debili-  
tum colum Deo tribueremus: maximam eius rei spem in illo sa-  
piensissimo Principe depositam habebam. Quo nunc sublato,  
quid et quod sperare amplius, aut quod nostris conatibus & cō-  
fisi confidere debeamus? Quanquam solet Deus, cùm ad des-  
perationes penè res ipsa nos deduxerit, subitas interdum spes  
& impensa auxilia fidelib. suis ostendere. Quem equidem sup-  
plex omnibus precibus obtestor primum, ut animæ illius pre-  
stantissimi viri clementiam & misericordiam suam tribuat. De-  
inde, publicum ita agi permittat, ut ne cogamur cum nimis sepe,  
nimisque arriter & dolenter desiderare. Etenim video pericula  
que impudent: tuque fatis planè ad me omnia perscribis. Sed  
civimi Cochlae, quantum in me est, quodq; mea exigua fortu-  
ne nulli concedunt, ita benevolentiam meam pollicecor, ut nulla  
fim vacuam re tibi defuturis. Cum haec ad te scriberem, abe-  
ram ab r̄be, deque meo illib⁹ redditu nondum quipiam certi  
cōfiterem: vt te non possem Pontifici Max. praēm commen-  
dere. Sed quod absens efficiere possum, scribam ad amplissimum  
victum Galparem Contarenum, ut is & suam & meam vicem in te  
commendo suscipiat: addatque ad amorem eum quo te ipse  
diligis, aliquid præterea mei honoris, & mea erga te voluntatis  
causa. Quod facturum illum nō dubito, tanta est virtus hominis,  
& in oīneis bonos beneficentia. Ego, quæ mea erunt partes, no-  
mea & memoriam sanctissimi Principis mortui, charissimè semper  
diligentissimeq; custodiā. Tibi autem & Julio ira ero affe-  
ctus, ne plus quidem vos in me facultatis ad vos ornando, amo-  
ris autem & studij nequaquam plus sitis desideratur. Tu cura ut  
valeas, & in omni fortuna cam patientiam praesta, quam Chris-  
tianæ virtus postulat. Carpen. V II. Idus Iulij, M.D. XXXIX.

## I X.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS,  
Ioan. Cochlae, S. P. D.

DOLORE non paruo affectus ex tuis literis, quas abs te inven-  
it Augusto datus, ego V I. Idus Novemb̄ accepi, statim  
R 5 has ad

has ad te scripsi: non sine aliqua aduersitate fortunam quendam  
 Quod cum iam ante tibi, & illi praestantissimo Duci Georgio  
 de mea ad Germanos oratione non vulganda rescripsimus: sed  
 de ex binis literis tuis, primis de obitu filii, deinde de ipsius  
 iam morte certior factus, tibi quoque tum respondidem, illum  
 iugiosissimi Principis obitum, & simul Reipub. Christianazia  
 mitatem deplorans: intelligo nisus mearum ad te literarum  
 latum fuisse: cum tamē absens adhuc & in Ecclesia mea manet  
 Carpenteracum, meis qui in verbe fuerit, precepissem, ut omnes  
 meas ad te literas per Ambrosium Theutonem, quem tuum  
 nominas in literis, ad te mittendas curarent, quod ita factum  
 se ab illis non dubito. Sed fortuna profecto mihi miserere  
 nouare voluit, quem ex Georgij optimi & sanctissimi Principis  
 morre acceperant, cuius mihi mentio & nomen ita hanc in un-  
 mis sensibus, ut nunquam Deo pro mortuis supplicem, quis  
 illum nominatim & imprimit diuina misericordia conuocet.  
 Sed haec que ad priuatum officium pertinent, non tam nobis  
 commemora, quam praestanda sunt. De te mihi Cochlae vel  
 hoc tibi maxime persuadeas, cam me suscipere cogitatione  
 quā frater de fratre suscipere solitus est. Amo enim te, tum pro  
 tatis, religionis, doctrinæq; tuae causa, quā ego magnifico: tu  
 etiam quod intelligo me abste amari. Itaque facultates mea-  
 quantulacunq; ex sunt, omnes tibi libenter deferro. Si certe  
 deficiant, quæ aliunde maiora & vberiora expedire potes, duplo  
 virtute & laboribus tuis, apud me quidem receperis tibi exibit  
 communicatio fortunarum mearum: quæ etiā perrenuessem  
 animis tamē à cupiditatibus liberis, & majoribus virtutis ac-  
 terarum subfidiis præditis, exiguae opes ad bene vivendum suffi-  
 ciunt. Si Romæ eſtem, plura polliceri tibi possem: nunc cum fu-  
 in his locis, neque illi luc (vt nunc est) me cōferre cogitem, cum  
 & multis & necessariis adductus, vt Euangeli verbius vtar, quod  
 habeo, mihi Cochlae, hoc tibi do. Tu certe nunquam in me se-  
 fidem, nec officium, nec amicitiam memoriam, nec benevoli-  
 um animum desiderabis. Itilium tuum quem singulariter dabo,  
 cupio tecum omnia habere prospera. Faveo certe virisque  
 strum & vestro proprio, & communis religiosis nomine. Quod  
 scribis ad me de Ecclesiis istis de scriptis à cultu Dei, degue conci-  
 nibus aduersariorum nostrorum, periculisque omnibus quæ pro  
 & probis hominibus impendent: ita mihi acerba & hæc uolentia  
 sunt, ut non audeam ea, tanquam vulnera animi mei, recu-  
 africare. Deum supplex oro, ut aliquando ipse benignioribus oculis  
 nos respiciat, non enim iam ullis nostris in conflitis, sed in co-  
 vio sunt omnia, ad quem spes nostras penitus habere conuenient  
 debemus. Vale. Carp. Pridie Idus Novemb. 1539.